



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Iterum de oratione in tabernaculo. Cap. XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

**A**D hunc modum imperator etiam iam autea in pre-  
 aliis committendis & seipsum gerere, & exercitum  
 regere consuevit: quinetiam Deum suæ ipsius ani-  
 mæ præponere, & illius consiliis omnia transigere, dili-  
 gentemq; adhibere cautionem ne inter dimicandum fie-  
 ret multorum cædes. vnde non magis suorum, quàm ho-  
 stium saluti prospexit. Quapropter suos, cum fuissent in  
 pugna victoriam adepti hortari solebat, vt captiuorum  
 misereretur: & cum homines essent, naturæ humanæ ne-  
 quaquam eos caperet obliuio: atque si aliquando militum  
 animos ferocios cerneret, auri munusculo eos refrena-  
 re: precipereq; vt qui aliquem ex hostium numero viuū  
 cepisset, aliqua certi auri summa remuneraretur. Atque  
 hanc velut illecebram ad hominum conseruationem, im-  
 peratoris excogitauit prudentia: adeo vt infiniti etiam  
 ex ipsis Barbaris incolumes euaserint, imperatore ipso-  
 rum vitam auro redimente.

*Iterum de oratione in tabernaculo.*

CAP. XIII.

**Q**uemadmodū igitur hæc & infinita his similia etiam  
 alias imperator facere consueuerat: sic in præsen-  
 tia, de more suo ante initum prælium, in taberna-  
 culo separato, tempus precibus ad deum fundendis libe-  
 rum addixit: ab omni licentia & vitæ ratione luxu dis-  
 fluente sese vocauit, inedia & corporis afflictatione se-  
 ipsum coercuit: vti deum sibi cum precationibus suppli-  
 cibus placatum, tum benignum adiutorem haberet: eaq;  
 perageret, quæ Deo esset illius animo iniecturus. porro au-  
 tē, vtpote natura vigilans & attentus permagnam reip-  
 curam suscepit, nec magis pro suorum, quàm pro ho-  
 stium salute precatu est.

*Licini in amicos dolus, & eidolorum cultus.*

CAP. XV.

**P**ostquam autē Licinius, qui paulo ante se fugæ man-  
 dauerat, rursus amicitiaæ fœdera iungere sibi esse in-  
 optatis, simulatione præ se tulit, hic noster præscri-  
 ptis